



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Bernardini Scardaeonii Patauini Presbyteri de Castitate Libri Septem

Scardeone, Bernardino

Venetiis, 1542

De nimio amore quoru[n]da[m] erga proprias uxores c. xxiii

urn:nbn:de:hbz:466:1-30433

DE PVDICITIA MATRIMONII.

Joan. 15.

rem charitatem habere potest (ut ait dominus) quam ut
 animam suam exponat pro amicis suis. Tu ergo ex con-
 filio Apostoli eandem debes charitatem, atq; dilectio-
 nem uxori, quam exhibuit seruator noster ecclesie, qua
 nulla excogitari maior potest, ut scilicet pro fide, & sa-
 lute uxoris te rotum exponas, paratus etiam uitam, si sit
 opus, impendere, ut fecit ipse pro ecclesie salute. Dilige
 ergo uxorem ut decet, & non scortum, teq; serua, cui
 debes, & cuius es post Deum quicquid es totus. Neq;
 enim si deflorescat in ea nitor puellaris, & decor iuuen-
 tutis propterea contemnenda est, sed eo plus honoris
 & amoris, illi ipsi impendendum, & quod deest corpo-
 ri, animi est charitate pensandum. Quanto autem in ho-
 nore, & precio esse debeat dilectio, & concordia coniu-
 galis, ex his quæ in Ecclesiastici uolumine referuntur, pla-
 ne liquet. In tribus inquit Ecclesiasticus placitum est spi-
 ritui meo, quæ sunt probata coram Deo, & hominibus.
 Concordia fratrum: Amor proximorum: Vir & mu-
 lier bene consentientes.

Ecce. 25.

De nimio amore quorundam erga pro-
 prias uxores. Cap. XXIII.

Sed quoniam iam satis dictum arbitror, quomodo
 à Christianis hominibus uxores amandæ sint, ac
 simul quàm grauius delinquant, qui amorē quem
 uxoribus debent, iniquè & fœde ad meretrices conuert-
 unt: superest modo ut breuiter de immoderato etiam
 quorundam amore dicamus, qui & si erga uxores equus,
 & legitimus esse uideatur: tamen propter immodestiam,
 & ipse reprehensibilis est, & maxime fugiendus. Sunt
 enim qui adeo deperditè uxores ament suas, ut interim-
 dum eis omnia immodestè permittunt, serui, & (quod
 turpius est) lenones efficiantur uxorū, potius q̄ mariti.
 In matrimoniis quidem sicut semper odiū, ita & nimius

& importunis quandoq; zelus, & amor est improbandus: is maxime q; inducat seruitutē, & præpostere subiciat uxori maritum, atq; efficiat eum ex dño uile mancipium. Porro lege, ac moribus gentium, naturaq; factum est, ut ubiq; uiri mulieribus præsent: quæ est ergo infantia tã puerua ultro eis sese summittere? Aliter. n. statuit dñs in principio creatiōis, q; dixit mulieri. In dolere paries filios, & sub uiri p̄tate eris, et ipse dñabitur tui. Vir igitur quū caput sit mulieris agere dñm debet nō seruum: nec rursus tñ tyrannū sed principē. Præsidetis q̄dem uxori, et filiis, nō ut seruis, sed liberis, filiis uero ēt regiē, at uxori aliquāto summissus: nā sicut nō decet uirū effici seruum uxori, pari quoq; rōne non licet ei uxorē h̄re pro serua. Apud Persas, oēs habebātur regis serui, quacūq; dignitate pollerent, p̄ter uxorē, q; cōpar, et consors regni dicebatur esse, non regis serua. Esse itaq; oportet in societate matrimonii, penes uirū auctoritatē, penes uxorē timorē, et reuerentiā: penes utrosq; amorē concordia, charitatē, mutuamq; dilectionē: ita ut uxor reuereatur maritū, ut dñm. amet, ut fratrem pareat, ut maiori: maritus uero uxorē regat, ut subditā: honoret, ut cōparē, cōsulat, ut cōsortem, diligat, ut sororē, utatur, fruatur deniq; ut uxore.

Gen. 3.

Nō esse fastidiendā uxorē p̄pter sterilitatē. Ca. XXIII.

Non decet ēt si q; forte uxorē sterilem fortitus sit, ita id ferre moleste, ut fœde p̄pterea aliudē liberos sibi q̄rēdos putet: sed poti⁹ equanimiter tolerare debet, nec tã de habēdis liberis (ut Socrates sapienter admonuit) q; de difficultatib⁹ educādi poti⁹ cogitare. Non est. n. q; quisq; tãtopere quoquomodo flegret h̄re liberos: nec ut tantū faciat se effici p̄rem: ut obliuiscat se esse Christianā, et Christianis legib⁹ uiuere: q; sane multis faciunt in matrimoniis fidem, q; prolem, et pudicitiam q; propagationem: quorum alter in arbitrio, et in